Anno domini M° CC° li Dominus Boyzko Comes Bernozen et Nyde, In die In-
uencionis Sancte Crucis Jecit fundamenta Ecclesie Monasterij fontis sancte
Marie ordinis Cisterciensis In Zdiarz et Anno fundacionis quarto videlicet
anno M° CC° lv^to In vigilia Sancti Thome obijt ipse summus et primus
fundator Jamdicti Monasterij Cuius ex Coniuge sua Eufemia filia
domini przibislay reliquit duos heredes mares Smilonem & Gerhar-
dum et vnam filiam nomine Agnetem que postea domino vitigoni de
Schwabinitz nupsit Coniunx vero domini przibislay antedicti Sibilla
nomine felix matrona Et mater Eufemie predicte postquam omnia
que habebat Monasterio huic legasset preter vnam cameram in qua sepul-
ta fuit in presbitero feliciter quieuit in domino circa annum domini
M° CC° lxv^to

Anno domini M° CC° lxij obijt Smilo filius Boyzkonis antedicti et tota
cura fundacionis ad infanciam Robitam Boczkonis deuoluta est quia
Gerhardus filius eius adhuc tenellus fuit Cuius habitans circa Mo-
nasterium omnia que habere potuit edificando consumpsit et suis ipsius
manibus in ornatu eiusdem prout hodie apparet multum laborauit
et Monachis qui hic tempore erant infinita solatia ministrauit Tandem
plena operibus Circa annum domini M° CC° lxxix decessit /

Postea filius eius Gerhardus Intromisit se, sicut et debebat fundacioni
Monasterij antedicti et duxit nobilem virginem nomine Tutam
de Welschberg, Ex qua genuit duos filios Boczkonem et Smilonem,
heredem seu prosecutorem fundacionis et duas filias Eufemiam
videlicet et Agnetem Mortuus est tandem Gerhardus Jamfatus
circa annum Domini M° CC° xcj Tandem domina Tuta super pos
domino Gerhardo permanens vidua, et tenens aliquamdiu bona
mariti decessit Circa annum domini M° CC° xcv^to, Domina et
ambo filij eius predicti obierunt, Mortuus est etiam Boyzko filius
eius, et deuoluta est fundacio ad Smilonem filium Gerhardi,
qui Intromisit se fundacioni prefati Monasterij, sed non tanta
sollicitudine prefuit Monasterio sicut antecessores eius, Hic
omisso titulo Comitatus primus se dominum de Constat
nominauit,